



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

De Rebus Ecclesiæ alienandis, vel non. Tit. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)



simile onus reale, vt in c. constitutus de relig. domib. dummodo cum recipiente pactum non fiat.

Secunda difficultas in eo versatur quod prior icaus, vbi sine conuentione Episcopus fructus consequitur, veram simoniam committit, in posteriori vero data conuentione ait text. dicimus non licere, ne aperiatur via fraudibus, cum tamen videretur propter conuentionem à fortiori simoniam committi. Augetur difficultas etiam ex hoc text. in ver. quia etiam, dum inquit Archiepiscopus probasse quod retentis sibi fructibus beneficium contulerat, sic sentiens non licere Episcopo tempore collationis, vel ante, beneficij fructus sibi reservare, nec difficultatem soluit gloss. recepta in presenti, verbo sub modo, quam sequuntur DD. communiter, dum ait simoniam in hoc text. committi propter modum adhibitum in donatione officij spiritualis, quia certum est modum temporalem posse adici beneficij vacantibus tanquam onus reale, quod eorum fructus non excedat. Nec etiam difficultatem soluit alia gloss. in presenti, verbo consequitur, ab omnibus recepta, dum inquit ideo in priori casu committi veram simoniam, quia in donatione pactio de percipiendis fructibus fuit adhibita, adhuc enim dubitamus, cum utroque casu pactio interuenierit, cur diuerso modo à Summo Pont. improbetur.

Vnde ex litera huius text. difficultas explicabitur, si aduertas hic in §. etiam non definiti factum Archiepiscopi, quod superius tribus rationibus fuerat damnatum, sed futuris temporibus occasione illius facti dirimi questionem, vtrum absque vitio simoniæ possit beneficium spirituale ita conferri, vt eius fructus ad tempus Episcopus referuet, eamque trimembri distinctione Pontifex resoluit. Præmitte etiam absque vlla simoniæ labe posse Episcopum reservare sibi fructus ad tempus ex iusta causa, si id palam faciat seruatis seruandis, nulla facta conuentione, iuxta communem Doctorum sententiam, ibid. quam text. in fin. probat, nec refert, vtrum multò ante donationem, an eodem tempore reservatio fiat. His suppositis dicendum est, ideo in primo casu Summo Pont. respondisse absque dubio simoniacam prauitatem contineri, quia agit quando nulla facta fuit legitima reservatio, iam enim tunc non ex reservatione iusta, sed propter donationem beneficij fructus percipit temporales, vel etiam dici potest pactionem cum recipiente fuisse factam, vt gloss. vult, & saltem præsumptione iuris simoniam dari, quia vbi nulla apparet reservatio facta, sed tantum spirituale datum, & temporale receptum, rectè simonia indicatur. In secundo autem casu quando ante vacationem idem Episcopus percipiebat fructus, si fiat conuentio de ipsius iterum retinendis, non committitur simonia, sed eius species, quia ex vi præcedentis reservationis retinentur, & sola pactio efficit, vt illicita sit conuentio propter similitudinem illiciti contractus, qui prima facie de spiritualibus ad temporalia fieri videtur.

11. Pro causa iusta, & necessaria. ] Ergo ex causa licita, & honesta potest imponi pensio soluenda ex redditibus beneficij, vt per Flamin. de resignat. benefic. lib. 6. §. 2. num. 2. Soar. l. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 38. u. 10.

12. In gloss. Occulta. Notatur ad hoc quod beneficij collatio clandestinè facta præsumitur simulata, vt per Mascard. de probat. concl. 1. §. 6. à princip. Illud enim quod clam, & secretè sit suspectum est, vt per Tiraq. de retractu. §. 2. in præf. n. 13. Et fraus præsumitur in his, quæ clandestinè, & secretè fiunt, Brunor. à Sole in locis communib. verbo fraus §. vide notata ad c. consuluit 24. n. 8. cum seqq. de offic. deleg. pag. 243.



## De Rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

### TIT. XIII.



PER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imola, Anania, Anchor. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iur. Canon. fol. 95. verso, Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Martin. Mefnat. in epitome. Decret. fol. 108. Dan. Venator. in analysi method. iuris Pontif. pag. 400. Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canon. Lancel. in instit. Canon. Canis. in sum. iuris Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. nouissimè Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decret. omnes sub hac rubr.

De materia tit. vide Rodan. in tract. speciali illius, Nanar. in tract. de alienat. rerum Ecclesiasticarum. Rebuff. in compend. alienat. Quarant. in sum. Bullary. verbo, Alienatio. Villalob. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. à n. 35. & Bonacofac Soar. à n. 51. Bertachin. in tract. de Episcop. po. p. 4. lib. 4. à n. 1. Menoch. de arbit. casu 172. Perez. l. 10. tit. 2. lib. 1. Ordin. Mascard. de probat. conclus. 75. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 1. cum seqq. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiasticarum. decis. 1. cum seqq. Valer. Regin. in praxi fori panti. lib. 3. tract. 3. n. 61. cum seqq. Camil. Borrel. in summa omnium tit. 15. Laym. in Theolog. Morali. lib. 3. tr. 4. c. 10. Vgolin. de potest. Episcop. c. 14. §. 4. cum seqq. Valq. de redditib. Eccles. in fine, Vincent. Filliuc. tom. 3. tract. 44. Bonac. var. q. 2. de alienat. bonor. Eccles. Less. de instit. lib. 2. c. 24. dub. 11. Portel. in dubiis Regular. verbo alienare. Molin. de instit. tom. 2. disp. 466. cum seqq. Villalob. p. 2. sum. tract. 25. diff. 17. Hieron. Roder. in compend. quest. Regul. resol. 7. & alios per me citatos de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 95.

### SUMMARIUM.

1. Prelatus non potest res vnius Ecclesiæ alteri dare, nec inuicem illas res commutare sine amborum consensu.
2. Alienationibus rerum Ecclesiæ copulatione requiruntur solemnitas, & causa.
3. Alienatio rei Ecclesiæ utilis non dicitur, vbi Ecclesiæ recipit tantum, quantum dimisit.

### CAP. Non licet. I.

PRELATUS, siue Episcopus, siue Abbas, non potest dare terras, vel alia bona vnius Ecclesiæ suæ, alteri suæ Ecclesiæ, nisi cum consensu ambarum partium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchor. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Bero. Vitian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 153. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 424. remissimè Calal. in annot. & Ximen in concord. p. 2. desumitur ex Concil. Lugdunens. 4. refertur à Burchard. lib. 3. Decret. c. 24. & ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 1.

Verrere ad aliam. ] Intellige sine causa, in alienationibus enim rerum Ecclesiæ copulatione requiruntur solemnitas

DE REBUS  
LIT. IUS CAN  
TO. 203  
GVV  
18



solemnitas, & causa c. 1. hoc tit. lib. 6. Dec. conf. 142. n. 4. in princ. Couar. var. lib. 2. c. 17. n. 2. Mant. decis. 41. n. 1. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 468. post Mascard. Redoan. & alios Quarant. in summa Bullar. verbo alienatio rerum Ecclesie. n. 2. cum seqq. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 15. n. 1. Marc. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 5. à n. 6. & fuit dictum in Lucana bonorum infra citanda, & in Lucana terrarum 10. Decembris 1613. & in nullius provinc. Caurinen. Prapostura 12. February 1624. coram bonae mem. Vbaldo Vnde ex hoc text. in citatis verbis iam colligitur non bene censuisse Trinitan. Venetia decis. 56. p. 1. dum ibi firmiter tenet in alienatione ab una Ecclesia alteri Ecclesiae facta non requiri solemnitatem Extrinsec. ambitiose, hoc tit. propterea eum saltem secundum communem Romanæ Curie praxim reprobatur Aloy. Rice. in praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 35.

- 3 Tamen si commutare voluerit, &c.] Adverte alienationem rei Ecclesie vtilem non dici, ubi Ecclesia recipit tantum quantum dimisit, ut censuit Rota in Lucana bonorum 11. Februar. 1513. apud Farin. decis. 430. n. 6. p. 2. recent. & n. 5. pariter censuit huiusmodi alienationem vtilem non dici; ubi Ecclesia dimisit bona propria habita fide de re sibi in cambium assignanda.

## CAP. Qui res. II.

- 1 Petens, vel recipiens à laicis res Ecclesie, perdit receptas, & est excommunicandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hofst. Anch. Butr. Henric. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Bero. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 154. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 423. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. defumitur ex Concil. Lugdunens. IV. c. 11. propterea refertur à Burchard. lib. 15. Decretor. c. 36. & Iuo p. 16. c. 12. Sed in tomis Conciliorum reperitur in Concil. V. Vennensi c. 4. & refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 12. c. 2.

- 2 Petunt à Regibus, &c.] Quia Princeps secularis non habet potestatem in rebus Ecclesiasticis, ut per Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 4. n. 18. vers. vndecimo. Xuar. alleg. 8. n. 1.

- 3 In gloss. irrita, ibi, lex ista non obinet secundum Canones. Notatur ad hoc quod bene à Zenohe, C. de quadriennij prescript. non habet locum secundum Canones, præiudicium Ecclesiarum, ut per Felin. in c. que in Ecclesiis, n. 38. sup. de constitut. Duen. reg. 238. vers. limita tertio. Castil. rerum quorid. lib. 2. c. 5. n. 27. & 67. in princip. Marta de iurisd. p. 4. cent. 1. casu 48. Cald. Pereira de emptione, & vend. c. 1. n. 27.

## S V M M A R I V M.

- 1 Rector Ecclesie potest servos illius manumittere, si ei dederit tantum quod valent duplo plus servis manumissis, ipsi tamen manumissi, & eorum posteri erunt sub patrocinio Ecclesie.
- 2 Prelatus rem Ecclesie donare potest, si eidem tantum donaretur.
- 3 Clericus de acquisitis ex redditibus Ecclesie testari poterat, si iam tantum de suo Ecclesie contulerit.
- 4 Prelatus alienare poterat res Ecclesie pro remuneratione meritum.

## CAP. Ex parte Consensus. III.

Rector Ecclesie, qui ei dat alia bona, vel acquirit eidem Ecclesie prædia, seu familias, potest aliquos de familia Ecclesie sue, id est, servos manumittere, si datum valet duplo plus servis manumissis, & servi, eorumque posteri erunt sub patrocinio Ecclesie, & præstabunt operas impositas tempore manumissionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hofst. Anch. Butr. Henric. Barbat. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 155. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 423. defumitur ex Conc. Tolet. IV. c. 68. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt Burchard. lib. 3. Decretor. c. 177. Iuo p. 3. c. 2. Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 11. c. 3.

Aliquid Ecclesie sue relinquunt, &c.] Ergo Prelatus rem Ecclesie donare potest, si eidem tantum donaretur, ut per Rebuff. in compend. alienat. n. 63. Vnde Clericus de acquisitis ex redditibus Ecclesie testari poterat, si iam tantum de suo Ecclesie contulerit, c. si quis qualibet 22. q. 2. c. si Episcopus 12. q. 5. Abb. in c. cum in officiis, n. 4. & in c. cum esset, n. 31. de testam. Bero. conf. 7. n. 9. vol. 2. Rodoan. de spoliis Ecclesie. q. 3. §. sed in contrarium, n. 8. quos refert, & sequitur Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 5. n. 3.

Iuxta rei collata modum, quem antiqui Canones, &c.] Hæc verba probare recompensationem, atque satisfactionem faciendam secundum subiectam materiam, ait Anton. de Fuertes Canon. lectio. lib. 1. c. 19. quia si Rector manumittit servum sine patrocinio, & peculij retentione, tunc intrat dispositio c. Episcopus, qui 12. q. 2. si autem cum retentione illorum, tunc verba supra relata referenda erunt ad Concil. Agathense, cuius fragmenta habentur in c. Diaconi 35. & in c. si quos de servis 56. c. 2. q. 2. in quibus statuitur quod Episcopus, vel alius, qui aliquam rem Ecclesie alienaverit, reddat Ecclesie tantum, quantum abstulit, quod non solum accipiendum est in alienatione rerum, sed etiam in mancipiorum, & servorum manumissione, ut eadem iura clare probant in sua generalitate, & in verbis, de quibus in d. c. si quos, de servis. Et addit idem Anton. de Fuertes eod. lib. 1. c. 20. quod supradicta, verba huius text. non tantum pertinent ad Rectorem, qui ex proprio testimonio donat, sed etiam ad illum, qui Ecclesie ex bonis eiusdem acquirit, ita ut quemadmodum ille tenetur duplicem reddere, quando sine retentione peculij, & patrocinij manumittit, ita etiam Rector acquirens debeat tantum, quantum auferit, acquisivisse, ut valida manumissio sit, nam verba illa non solum determinant Rectorem relinquentem, & donantem, sed etiam acquirentem, quia una determinatio respiciens plura determinabilia, debet paciformiter determinare, præsertim eadem ratione vrgente, iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. sub st.

In gloss. De familia. ibi, nam benemeritos posset manumittere, Notatur ad hoc quod Prelatus alienare potest res Ecclesie pro remuneratione meritum, ut per Tiraquell. in l. si unquam, verbo donatione largitus, num. 27. Cacheran. Pedem. decis. 39. num. 32. Menoch. de arbit. casu 434. Magon. Florent. decis. 67. num. 41. latè Camill. Borrel. in summa omnium decis. tit. 15. à num. 12. ubi num. 13. declarat procedere, quando donarentur mobilia, & n. 1. pariter declarat dummodo Prelatus remunerationis metas, & limites non excederet.



## CAP. Episcopi. IV.

- <sup>1</sup> Episcopus nihil de suo dans Ecclesiæ non potest eiusdem servos manumittere, quod si manumittat, non tenet manumissio, & successor servos reuocare potest. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Barbat. Panorm. Guid. Papæ. Bero. Viu. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 155. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 423. remissive Ximen. in concord. p. 2. defumitur ex Concil. Tolet. IV. c. 66. vt referunt Burchard. lib. 3. Decretor. c. 189. Iuo. part. 3. c. 249. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 11. cap. 5.
- <sup>2</sup> Successor Episcopus, &c. Quia factum Rectoris non nocet Ecclesiæ, neque successoribus, Capell. Tholof. 9. 487. Caputaq. decis. 128. n. 3. Menoch. rem. 15. recap. n. 101. quos refert, & sequitur Mar. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 38. n. 6. in fine, in tantum quod fauore Ecclesiæ quilibet potest dicere, & opponere de nullitate alienationis, etiamsi Ecclesiæ ipsa nihil opponat, Lap. alleg. 11. Afflict. decis. 107. n. 3. Marfil in l. si quis. n. 113. ff. de quest. Mar. Anton. d. resol. 38. n. 18. vers. quiniimo, & in principio illius n. 18. resoluit ipsummet alienantem posse reuocare, quando concessio ipso iura est nulla.

## SUMMARIVM.

- 1 Res Ecclesiæ alienari non debent.
- 2 Mobilia pretiosa æquiparantur immobilibus.
- 4 Servus adscriptitijs feudi pars quodammodo iudicatur, & inter immobilia connumeratur.
- 5 Hypotheca specialis bonorum Ecclesiæ fieri non potest.
- 6 Alienare prohibitum non potest hypothecare.
- 7 Alienatio ubi non super re, sed super persona constituitur, an videatur prohibita pignorat, remissive.
- 8 Alienationis sub verbo quæ contineantur remissive.
- 9 Prelatus absque solemnitate in alienationibus rerum Ecclesiæ necessaria potest hereditatem repudiare, seu remittere legatarij, aut alteram rem Ecclesiæ non incorporatam.
- 10 Alienare prohibitum non potest rem vendere.
- 11 Alienare prohibitum non potest in solutum dare.
- 12 Locare ad longum tempus, seu in perpetuum non potest alienare prohibitum.
- 13 Transire, seu compromittere super re immobili, cuius possessio est penes Ecclesiam, si eam dimittat non potest Prelatus.
- 14 Vsumfructum constituere non potest prohibitum alienare.
- 15 Bona Ecclesiæ, quæ servari non possunt, licet venduntur sine solemnitatibus.
- 16 Permutare non potest prohibitum alienare.
- 17 Alienatione prohibita prohibetur etiam concessio emphyteusis.

## CAP. Nulli. V.

- <sup>1</sup> Alienare non potest res immobiles Ecclesiæ, siue agrum, siue rusticum mancipium, nec obligare titulo hypothecæ. Item sub nomine alienationis intelligitur conductio, donatio, venditio, permutatio, contractus perpetuus, emphyteusis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Guid. Papæ,

Henric. Canif. Bero. Barbat. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pont. pag. 156. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 423. & vol. 4. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. repet. super iure Canon. ad lib. 3. Decret. Ioan. Calderin. defumitur ex Concil. apud Syluan. vt refert Burchard. lib. 3. Decretor. c. 144. & Iuo. p. 34. c. 81. vbi rectius, quàm apud Burchard. legitur vnde hoc sit sumptum, refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 11. c. 4.

Rem immobilem Ecclesiæ, &c. ] Vel etiam mobilem pretiosam, quæ æquiparatur immobilibus, & pari passu ambulant in hac materia, vt per Redoan. de rebus Ecclesiæ non alienan. q. 8. Vgolin. de potest. Episc. c. 14. §. 4. n. 5. vers. tertio. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiæ. decis. 63. in 1. edit. & resol. 58. in 2. Quarant. in summa Bullarj, verbo alienatio rerum Ecclesiæ, n. 24. vbi etiam dicit nomine rerum mobilium pretiosarum, quæ seruando seruari possunt, intelligi vasa aurea, argentea, vestes pretiosas, quæ longè ab interitu distant, & commodè seruari possunt, gemmas, & his similia, & n. 25. resoluit pecuniam destinatam ad emptionem stabulorum, censuum, vel mobilium pretiosorum, cuius proprietas est Ecclesiæ, non posse alienari sine solemnitate, & causa, considerando pecuniam quoad fructuosam conseruationem, & num. 26. idem dicit de iuribus, actionibus, & annuis redditibus.

Nota loca montium non vocabilia inter immobilia numerari, & in eis habere locum statutum exclusionum foeminarum, Peregr. conf. 90. n. 29. lib. 1. Bellon. iun. conf. 74. n. 111. Alciat. in l. momentum, ff. de verb. sign. Tiraquel. de retractu lig. §. 1. gloss. 6. n. 3. & 7. Rot. in Veneta pretij bonorum 12. Nouembr. 1602. coram bonæ mem. Card. Pamphilio sen. & in Narnien. successione 22. Maij 1628. coram R. P. D. Merlino vers. quo autem, & in Auximana fideicommissi 4. Martij 1630. coram eodem, Buratt. decis. 474. n. 1. refert Ferrentil. in annotat. ad decis. 535. Buratt. lib. B.

Agrium. ] Vel molendinum, ex resolutis per Tiraq. 3 de retractu lig. §. 1. gloss. 7. n. 9. 2. Sine rusticum mancipium. ] Notatur ad hoc quod servus adscriptitijs feudi pars quodammodo iudicatur, & inter immobilia connumeratur, vt per Tiraq. d. gloss. 7. num. 119. & 120. Menoch. remed. 3. retin. a num. 116.

Nec specialis hypotheca titulo obligare. ] Notatur ad hoc quod hypotheca specialis bonorum Ecclesiæ fieri non potest, vt per Couar. lib. 2. var. c. 16. n. 7. Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 83. Tiraq. de iure mariti, gloss. 5. n. 167. Redoan. de rebus Ecclesiæ non alienan. q. 20. 8. & q. 51. c. 29. Molin. de instit. tr. 2. diff. 466. n. 2. Vgolin. d. c. 14. §. 4. n. 4. Quarant. d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ, n. 17. vbi idem dicit de generali hypotheca, Bonacin. var. tract. disp. 2. de alienatione bonorum Ecclesiæ. p. m. 2. n. 23. Prohibitum enim bona alienare, non potest ea hypothecare, seu obligare, l. vlt. C. de rebus Ecclesiæ non alien. Pinclan l. 1. C. de bonis matern. p. 3. n. 10. & in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. c. 1. n. 14. Gam. Lusitania decis. 108. Cald. Pereira de potest. elig. c. 3. n. 38. & de resol. emphyt. c. 3. n. 27. cum seqq. & de emptione, c. 8. n. 30. Rebell. de obligat. iustitia p. 2. lib. 9. q. 9. num. 15. & 16. D. Barbof. in l. 1. p. 3. n. 59. ff. soluto matrim. & ultra hos nostros Lusitanos, idem tenent Neguz. de pignorib. p. 2. membr. 2. n. 28. & 29. Anton. Gom. l. 40. Tauri, num. 83. & tom. 1. var. c. 12. num. 39. col. 2. vers. non obstat, Menoch. conf. 116. n. 15. Mascard. de probat. concl. 1236. n. 108. Gutier. de tutel. p. 2. c. 21. n. 7. An autem vbi alienatio non super re, sed super persona constituitur, videatur prohibita pignorat, vide Bart. in l. quorum, ff. de pignorib. quem plures sequuntur, vt per Tiraquel. de iure



inve mariti. gloss. 5. num. 108. Neguz. de pignori. part. 2. membr. 3. n. 70. Duen. reg. 31. vers. sexto fallit.

8 Alienationis autem verbum continet, &c. ] Quæ autem continentur sub verbo alienationis, ostendit patens meus in comment. ad Ordin. Regiam Lusit. lib. 4. tit. 48. in prin. & in citatis per illum addo Canofil. in repet. Extravag. ambrosia. ex num. 10. & q. ad n. 34. Redoan. de alienat. quæst. 2. num. 14. Vincent. Filinc. tom. 3. tract. 44. cap. 2. in princ. Bonacin. var. tract. disp. 2. de alienat. bonorum Ecclesiæ. punct. 1. metipsum in tract. de appellat. verborum utriusque iuris significat. appell. 14.

9 Donationem. ] Non procedit in repudiatione hereditatis, seu remissione legati, aut alterius rei Ecclesiæ non incorporatæ, ex solutis per Rebuff. in compendio alienat. a n. 30. Redoan. d. tract. de rebus Ecclesiæ non alienat. p. 2. c. 7. num. 12. & q. 3. n. 60. & q. 2. n. 52. & q. 7. n. 51. Vincent. p. Franchis decif. 14. sub num. 16. Quarant. d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ. n. 43. Cabed. Inste. decif. 109. part. 1. & plures alios, quos refert, & sequitur Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de clerico debitore. §. n. 11. Ceval. commun. contra commun. q. 66. 1. Potest namque Prælatum nulla solemnitate adhibita repudiare hereditatem Ecclesiæ delatam, Palat. in repet. rubr. de donat. inter vivos, §. 47. n. 7. Ceruan. l. 6. Tauri n. 79. Seraphin. de privilegiis iurament. privileg. 71. n. 52. quos refert, & sequitur Sanch. de Marim. lib. 6. disp. 4. num. 11. Idem in legato tenent Palat. & Ceruan. dictis locis. Navar. in cap. si quando, de rescript. excep. 7. n. 2. Spin. in speculo testam. gloss. 8. princ. n. 63. in fine. Sanch. d. disp. 4. n. 12. vers. sed contrarium, quicquid dicant Mench. de success. progressu. lib. 3. §. 37. num. 23. Lambert. de inrepatron. lib. 2. q. 9. art. 1. n. 21. concl. 3. Pinel. ad l. 1. c. de bonis mater. p. 3. n. 130. vers. alia ampliatio erit.

10 Venditionem. ] Prohibitus alienare non potest rem vendere, Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 5. num. 46. nec promissionem facere de vendendo, Bellacomb. tom. 2. commun. opinio. lib. 9. tit. 34. num. 359. Tiraquell. de retract. convent. ad finem tituli §. num. 10. Menoch. conf. 1. n. 230. Valasc. conf. 77. & 83. D. Barbof. in l. 1. ff. soluto matrimo. p. 3. num. 57. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap. 1. num. 36. & cap. 16. num. 84. & de empt. cap. 8. num. 5. & cap. 13. num. 11. nec dare in solutum, cum hoc emptioni, & venditioni æquiparetur, Fabian. de empt. part. 3. princ. quæst. 21. Afflict. decif. 335. num. 18. Tiraquell. de retractu lig. §. 1. gloss. 14. num. 2.

11 Menoch. de arbit. casu 171. num. 51. Vinian. tom. 2. commun. opinio. lib. 8. tit. 27. num. 29. vers. & quia, tom. 1. lib. 4. tit. 26. num. 155. vers. secundo, Mascard. de probat. concl. 1142. num. 14. Gutier. pract. lib. 2. q. 157. nec locare ad longum tempus, seu in perpetuum, Tiraquell. d. gloss. 14. num. 85. Valasc. de iure emphyt. q. 29. num. 8. Cald. Pereira de extinct. emphyt. c. 4. num. 44. & cap. 5. num. 42. Cardos. in praxi indicum. verbo alienatio. num. 9.

12 Portol. de consortibus. c. 12. num. 5. Peregrin. de fideicommiss. art. 40. num. 9. Flores de Mena var. lib. 2. quæst. 29. num. 1. Cardin. Mantie. de tacitis, & ambig. convent. lib. 5. tit. 4. a num. 6. Ferrer. in constitut. Catalaniæ. gl. 4. n. 131. Quarant. d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ. n. 18.

13 cum segg. Nec transigere, aut exprimere super re immobili, cuius possessio est penes Ecclesiam, si eam dimittat, Rebuff. in compendio alienat. num. 2. & 66. Ioseph. Sesse Aragonia decif. 121. num. 12. Quarant. d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ. n. 20. & 43. vers. duodecimo limita, Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 9. m. 36. Filliuc. d. tract. 44. cap. 2. num. 25. In transactione enim, quando bona remanere debent penes laicum, requiruntur eadem solemnitates, quæ requiruntur in alienatione, Bart. in l. nulli, num. 2. ubi etiam Ias. num. 2. ff.

de transact. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 45. C. de bonis mat. vers. aduerto etiam, Roland. conf. 15. num. 43. lib. 1. Ruin. conf. 129. n. 1. lib. 9. Verall. decif. 106. q. 1. & decif. 18. p. 3. & fuit dictum in Papen. bonorum 13. Martij 1627. coram R.D. meo Coccino Decano, & in Bononien. transactio. 14. Junij 1648. coram R. P.D. Ghislerio. Quæ quidem transactio facta à Prælato de rebus Ecclesiæ absque auctoritate Apostolica est personalis, & finitur morte transigentis, nec ligat successores, Gregor. decif. 152. n. 1. cum aliis citatis per Ferentil. in annot. ad decif. 152. Buratti. lit. A. etiam inter duas Ecclesias inita sit, Gratian. discept. forens. c. 674. ex n. 3. nisi fuerint elapsi 30. ann. cum observantia, post quod tempus transactio ligat etiam successores, Rot. decif. 159. n. 5. p. 1. recent. Beltramin. ad d. decif. 152. Gregor. n. 4. nisi transactio fiat super bonis nondum vnitis, & incorporatis Ecclesiæ, Nat. conf. 441. num. 12. Menoch. conf. 79. & conf. 73. n. 8. Bellet. d. §. n. 21. Nec imponere fermitatem, Rebuff. in compendio alienation. n. 4. & 6. in fine, Quarant. ubi proxime num. 31. D. Barbof. in l. usufructu. n. 15. cum segg. ff. soluto matrimo. Nec con- 14 stituere usufructum, Canalcan. de usufructu mulieri relicto, num. 66. vers. quia constituere, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 8. D. Barbof. in d. usufructu. d. num. 15. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 5. n. 11. plures refert Doctores Castil. controuers. lib. 1. de usufructu. c. 54. num. 3. Ecclesiæ tamen bona, quæ seruati 15 non possunt, licet vendantur sine solemnitatibus, vt per Surd. de alimentis, tit. 8. privileg. 45. num. vlt. Redoan. de spoliis Ecclesiæ. q. 3. num. 1. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 7. num. 11. sicut & illa, quæ in ipsa Ecclesia obtinere non potest, cum actum necessarium conficiat, Cald. Pereira de empt. cap. 8. num. 45.

Permutationem. ] Notatur ad hoc, quod prohibitus 16 alienare, permutare non potest, vt per Redoan. q. 2. cap. 20. Rebuff. in d. compendio alienat. num. 66. Cald. Pereira de extinct. emphyt. c. 5. num. 36. Quarant. c. verbo alienatio rerum Ecclesiæ. num. 15. Filliuc. dict. cap. 2. num. 23.

Et emphyteuticum perpetuum contractum. ] Notatur 17 ad hoc, quod alienatione prohibita prohibetur etiam concessio emphyteutis, vt per Flores de Mena in addit. ad Gam. decif. 16. num. 3. Cald. Pereira d. cap. 5. num. 33. Aloyf. Ricc. Curia Archiepisc. Neapolit. decif. 32. num. 1. Vgolin. de potestate Episcopi, cap. 14. §. 4. num. 2.

Vtrum consuetudo efficere possit vt minuantur solemnitates, quæ desiderantur circa res Ecclesiæ alienandas, vide quæ latè dixi ad cap. cum causa 8. ex n. 7. de re indic.

## SYM M A R I V M.

- 1 Alienatio de rebus Ecclesiæ facta non tenet, & alienatores nisi rem restituant, excommunicantur, & quilibet Clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere.
- 2 Bona Ecclesiastica alienantium poena quor, & quæ, remissæ.
- 3 Alienare quis non dicitur ante traditionem.
- 4 Pacta, quibus quis promittit certam partem fructuum beneficiorum tum collatorum, tum conferendorum, pro dote sororis, non sunt simoniaca.
- 5 Ecclesiæ nomine intelligitur omnis locus pius.
- 6 Subscribens scripturam ab alio confectam, præsumitur illam approbare.
- 7 Alienare prohibitus, etiam prohibetur alienationi consentire.



# De Rebus Ecclesiæ alienandis, &c. Tit. XIII. 109

- 8 Bona Ecclesia alienans repetere ipse potest, & tenetur, etiamsi proprio iuramento firmaverit se non repetiturum.
- 9 Ecclesia an res male alienatas repetat non restituo pretio, ostenditur.
- 10 Annulatio actus non est pœna, quando non inducitur in odium, & supplicium contrahentium.
- 11 Alienationis nullius reuocatio, & potentia ante realem, & pacificam possessionem excusat.
- 12 Procurator alienans rem Ecclesiæ reservato assensu Apostolico, si tradiderit possessionem ante illius impetrationem, an faciat dominum in censuras incidere, remissum.
- 13 Emptor rei Ecclesiæ nulliter alienate, vel alius, qui eam possederit, tenebitur etiam fructus perceptos restituere.
- 14 Subscribens quando non legit scripturam, cui se subscripsit, non censetur illam approbare.
- 15 Alienus res Ecclesiæ de emptione de proprio tenetur.

## CAP. Si quis Presbyterorum, VI.

### Symmachus Papa.

**C**lericus, vel defensor, qui subscribit alienanti bona Ecclesiastica debet excommunicari nisi alienans, & qui accepit celeriter restituant, & præter excommunicationem infortunium alienationis non valet. Alienationi huiusmodi quilibet Ecclesiasticus contradicere potest, & bona cum fructibus repetere. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Bald. Anch. Panor. Barbat. Guid. Papæ, Bero. Cened. collect. 7.1. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontifi. pag. 156. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 424. & vol. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 3. Decret. Ioan. Calderin. remissum Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. tribuitur Symmacho Papæ in Romana Synodo III. e. 4. cum quatuor sequ. circiter annum Domini 506, vel 507. ut recte adnotat hic Contin. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 11. c. 6.

Probat hic text. in prima eius parte, Presbyteros, & alios Ecclesiasticos sibi appropriantes, vel alienantes bona Ecclesiastica, excommunicari, ut per Aloys. Rice. in praxi rerum fori Ecclesiastic. decis. 138. n. 1. in fin. in 1. edit. aliis resolut. 121. in 2. edit. Farin. in praxi crimin. p. 6. q. 17. n. 10.

Pœna alienantium bona Ecclesiastica quot, & quamnam sint, tradunt Alphar. collect. 173. Couar. var. lib. 2. cap. 17. ex n. 1. Fulse. lit. A. sing. 109. Redoan. de rebus Ecclesiæ non alien. q. 21. in cap. incip. habetur pariter, ex num. 30. Rebuff. in compend. alienat. verbo irrita, ex num. 102. Perez l. 1. c. gloss. ni de lo vender ni empenar, tit. 2. lib. 2. ordinam. pag. 51. Ant. Gabr. commun. opinion. lib. 3. tit. de rerum alienat. conclus. 1. Menoch. de arbit. casu 172. Aloys. Rice. d. loco. resolut. 120. cum duabus sequ. Nanar. in tract. de rebus Ecclesiæ non alienan. n. 24. & 25. Cened. ad Decret. collect. 7.1. Vgolin. de potestate Episcopi, c. 14. §. 6.

**Alienari.** ] Cum traditione scilicet, quia ante illam quis non dicitur alienare, l. alienatum 37. ff. de verb. signific. & in alienante emphyteusum hoc ipsum firmat Surt. de aliment. tit. 9. q. 16. n. 67. & q. 26. n. 65. Cald. Pereira resolut. emphyt. c. 5. num. 78. & c. 6. n. 35. & c. 10. n. 6. & alij relati à parente meo in comment. ad Ordinam. Regiam Lusit. lib. 4. tit. 38. num. 30. Intellige in alienante titulo, quo dominium transfertur directum, & utile, vel utile tantum, Vgolin. d. c. 14. §. 4. n. 11. & 21. Barbof. Collect. Tom. 1. §. 4.

Vnde pacta, quibus quis promittit tertiam partem fructuum beneficiorum tum collatorum, tum conferendorum pro dote sororis, & ut sorores sustentari possint, non esse simoniaca, nec inualida, resoluit Flamin. de resignat. lib. 1. 4. quest. 7. num. 69. quicquid improbet Lara in l. si quis à liberis, §. idem rescriptis, n. 27. ff. de liberis agnosce. quando enim quis obligat se actione personali ad dandam commoditatem, & utilitatem percipiendi fructus vita sua durante, vel tanto tempore ultra triennium, non transfertur ali-quod ius in re, sed tenetur dumtaxat exhibere conductori commoditatem percipiendi fructus, ut per Rebuff. in compendio alienat. n. 26. vers. 6. Molin. de instir. tract. 2. dist. 466. Quarant. d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ, n. 18. vers. tertio.

**Ecclesiæ.** ] Nomine Ecclesiæ intelligitur omnis locus pius, ut confraternitas, hospitale, & similia auctoritate Episcopi fundata, Menoch. remed. 1. recap. num. 24. cum sequ. Rot. Bononien. decis. 13. num. 3. Mascard. in probat. concl. 869. n. 11. Valase. consul. 105. num. 34. Quarant. in summa Bullarum, verbo alienatio rerum Ecclesiæ, num. 28. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 1. §. à n. 41. Vgolin. de potestate Episcopi, c. 14. §. 3. num. 6. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. n. 61.

**Subscripsit.** ] Ergo subscribens scripturam ab alio confecta præsumitur illam approbare, ut per Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 66. à num. 7. Anton. Gabr. commun. tit. de præsumpt. concl. 3. num. 1. Couarr. pract. cap. 22. num. 2. Rebuff. ad leg. Gallia, tom. 1. tit. de chirog. in initio, ex num. 51. ita ut subscriptio dicatur continere quicquid in corpore scripturæ continetur, Barbat. conf. 37. num. 15. lib. 5. Natt. conf. 287. num. 4. Alexand. conf. 147. num. 8. & 10. lib. 2. Ruin. conf. 193. num. 2. volum. 2. Decian. conf. 11. num. 48. vol. 1. Aym. conf. 73. n. 40. Parif. conf. 7. num. 23. lib. 3. Rot. Ianuens. decis. 78. in princ. & decis. 177. num. ... & decis. 210. n. 2. quos refert, & sequitur Canaler. decis. 133. num. 2. Et quod subscribens se alicui scripturæ censetur approbare, & confirmare omnia in scriptura contenta ultra impræcitos, tenent Mascard. de probat. concl. 1341. n. 2. Peregr. conf. 128. num. 1. lib. 5. Seraphin. decis. 9732. num. 11. Card. Mantica. decis. 321. num. 4. Rot. in Romana pecuniaria 8. Novembris 1596. coram Card. Pamphilio sen. & in Terraconen. partitionis Brevis 28. Aprilis 1606. coram Iusto, & in Bononien. de Beroaldis 24. Ianuar. 1624. coram Reuerendiss. P. D. Merlino, & in Pacen. Capellania 27. Iunii 1625. coram R. P. D. Durand. & in Perusina laudi 13. Mart. 1628. coram eodem, & in Tullen. reformationis 18. Iunii 1629. coram R. P. D. Dunozeo iun. refert Feren. in annot. ad decis. 419. Buratti lit. B.

Notatur ad hoc quod prohibitis alienare, etiam prohibetur alienationi consentire, ut per Tiraquel. in l. si unquam, verbo donatione largitus, numero 343. & 346. & de iure mariti, gloss. 5. numero 136. cum sequ. & numero 143. Portol. de consortibus, cap. 49. man. 5.

**Nisi forte & alienator, &c.** ] Notant ad hoc, quod bona Ecclesiæ alienans repetere ipse potest, & tenetur, ac proinde nomine Ecclesiæ contrahere contractui, quem ipsemet fecit, quod Doctores infra citandi ampliari procedere, etiam si alienator proprio iuramento firmaverit se non repetiturum, aut illam alienationem nunquam reuocaturum, ita Nel. de dote, in 7. part. princip. limit. 12. num. 15. Pinel. in l. 1. Cod. de bonis mat. part. 3. num. 73. vers. idem probatur, Caualean. de tutore, & curatore, num. 162. Guttier. de iuram. confirm. part. 1. cap. 1. num. 96. Cened. d. collect. 7. num. 2. Histon. Portol. de consortib. cap. 22. num. 3. & 4. Surt.

BA RBOSA  
Ius Can  
To. 2. 3.  
GV  
18



*Sord. de alimentis tit. 7. q. 38. n. 8. Vgolin. d. c. 14. §. 5. n. 2. D. Barthol. in l. 1. ff. soluto matrim. p. 5. n. 17. & 19. Cald. Pereira de nomin. enphyt. q. 19. n. 72. cum seqq. & de enphyt. c. 26. num. 17. Intelligit hoc non solum procedere in ipso alienante, sed etiam in eius successore, qui potest male alienata per predecessorem suum recuperare. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verbo successor, §. 1.*

<sup>9</sup> Vtrum autem in hoc casu, veluti quando Ecclesia vult à contractu inito resilire, ex quo solemnitates necessarie non fuerint adhibita, teneatur ipsa Ecclesia restituere pretium, & quicquid ex dicto contractu ad eam pertinet, dubium est in presenti materia non contemnendum, quod examinat Abb. n. 13. Butr. n. 25. Bero. n. 49. vers. in gloss. & Imol. num. 25. in presenti text. Item idem Abb. num. 4. Imol. num. 8. & Barbat. n. 9. in cap. ad audientiam, hoc eod. tit. Felin. in cap. cum causa, ex n. 25. ubi Abb. num. 1. de sent. & re indic. Bertachin. in tract. de Episcopo, p. 4. lib. 4. q. 41. num. 116. Hippol. Bonacol. in tract. de aequitate canon. concl. 13. fol. 12. Rebuff. in compend. alienat. num. 116. & 115. & in comment. ad l. bona fidei 110. vers. vigesimus quartus, ff. de verbor. signif. Redoan. de rebus Ecclesia non alienant. q. 22. in §. incip. Ad repetendum, ex n. 19. Hieron. Portol. de confortib. c. 15. n. 1. Aloyf. Ricc. in praxi verum fori Ecclesiast. resol. 88. Menoch. conf. 888. n. 3. & 4.

Ex quibus colligitur iuris esse regulam, & aequitate plenissimam, quod pupillus, siue Ecclesia quatenus velit à contractu inito resilire, ex quo solemnitates necessariae non fuerint adhibita, teneatur restitui vere pretium, & quicquid ex dicto contractu ad eos pertenerit, & in specie quod Ecclesia impugnans contractum, eo quod beneplacitum Apost. non fuerit obtentum, teneatur ad restitutionem sortis, seu pretij accepti, resoluit Rot. in Romana censum de Romanis 19. Iulij 1599. coram bona mem. Penia, quae decisio est impressa apud Concium post tract. de censib. decis. 287. & confirmata 23. Iulij 1600. coram bona mem. Cardin. Millino, & est decis. 29. post dictum tract. & in Treueren. spolijs 5. Decembris 1622. coram R. P. D. Navarro.

Nec refert ad effectum ut Ecclesia cogatur restituere acceptum an contractus fuerit quidem validus, sed rescindendus, vel an sit nullus, quia & hoc etiam postremo casu posset contrahens cum Ecclesia ex conditione sine causa repetere pretium tanquam sine causa datum, l. 1. in fine, l. nihil ff. de condict. indeb. Nat. conf. 631. n. 7. in fine, & luculentius Menoch. conf. 644. n. 3. & 14.

Intelligit tamen quod eatenus pupillus, & Ecclesia teneantur ad restitutionem pretij, & acceptorum ex contractu, quem impugnant, quatenus constet ipsos inde factos esse locupletiores, l. si fundus, §. fin. ff. de reb. eorum, Doctores omnes in l. viere, & in l. pradium, & in l. pradium C. de pred. min. & in l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. Rimin. iun. conf. 5. n. 76. Sfort. Odd. de restit. in integ. p. 1. q. 47. art. 4. n. 20. & in terminis Rot. in Romana nullitatis contractus 18. Iulij 1624. coram bona mem. Baratto.

Probatio autem locupletationis non inde sequitur, quod probetur pecuniam traditam fuisse Ecclesiae, quia potuit dissipari, sed ab his contrahentibus cum Ecclesia, vel minore iustificandum est in aliquam utilitatem Ecclesiae fuisse versas, & erogatas pecunias, l. pradium C. de pred. minor. ibi, pecunia, quam in facultates tuas erogatum esse constiterit, ubi scribentes, Con. var. lib. 2. cap. 17. num. 3. Sfort. Odd. d. q. 47. ex n. 22. Rimin. d. conf. 5. num. 77. & 78. Fachin. contron.

iuris lib. 2. c. 46. Rot. in Romana nullitatis, coram bona mem. Baratto. Quorum opinio licet communis sit, tamen Rota Romana, consuevit in hoc articulo distinguere an contractus Ecclesiae & minoris processerit ex causa necessaria, videlicet pro soluendo aere alieno, vel ex causa voluntaria, propter eorum aliquam utilitatem, ita ut primo casu probanda sit versio, & qui contrahit cum minore, vel Ecclesia sollicitus esse debeat quod pretium ab eo solutum in illam causam necessariam erogetur: secundo vero casu non est opus iustificare versionem. Ita Innoc. in cap. 1. n. 2. de deposito, quem communiter sequuntur Canonistae, ut testatur Dec. conf. 330. n. 2. & 3. distinguit Rot. coram Seraphin. decis. 366. n. 1. & 3. & in Romana censum Bubalo, quae est decis. 25. impressa per Pacificum post tract. de Saluiano interdicto, & in illis coram bona mem. Penia, & Card. Millino superius allegatis, quae loquuntur in his terminis, & sunt impressae apud eundem Pacificum post tract. de Saluiano interdicto, decis. 29. & 284. & explicat etiam Steph. Grat. discept. forens. c. 45. n. 35. cum seqq. ex quibus omnibus ita censuit Rot. in Romana censum vitalij 22. Maij 1626. coram R. P. D. Merlino.

<sup>10</sup> Prater Peniam, &c. ] Notatur ad hoc quod annuatio actus non est poena, quando non inducitur in odium, & supplicium contrahentium, sed propter defectum solemnitatis non seruatur, secus si in odium transgredientis, ut per Vant. de nullitat. tit. quid sit nullitas, in princip. Marienf. l. 1. gloss. 10. num. 35. rit. 4. lib. 5. nona recop. Boer. decis. 1. num. 16. Mench. illustr. cap. 28. num. 3. & 5. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 4. num. 8.

<sup>11</sup> Celeri restitutione. ] Ante realem scilicet, & pacificam possessionem, tunc enim renuotatio alienationis & poenitentia excusat, Conar. lib. var. c. 16. n. 7. post traditionem vero renuotatio non excusat à censura, Naur. conf. 3. n. 4. sub hoc tit. Aloyf. Ricc. in praxi verum fori Ecclesiast. decis. 138. n. 3. in 1. edit. alias resol. 121. in 2. edit. & resol. 53. disputat, verum alienans saluo assensu Apost. incidat in censuras si ante ipsius expeditionem tradiderit possessionem? & resol. 54. an procurator alienans rem Ecclesiae reservato assensu Apost. si tradiderit possessionem ante illius impetrationem, faciat dominum constitutem incidere in censuras?

<sup>12</sup> Ut cum fructibus, &c. ] Ergo emptor rei Ecclesiae nulliter alienatae, vel alius, qui eam possederit, teneatur illam Ecclesiae restituere vna cum fructibus à die alienationis, l. inubemus, §. 1. C. de sacros. Eccles. Bero. in cap. si quis Presbyterorum, num. 14. hoc tit. Felin. in cap. cum causa, n. 27. de re indic. Curt. sen. conf. 71. col. 7. num. 13. Sord. conf. 115. n. 3. cum seqq. & decis. 45. num. 10. Redoan. de rebus Eccles. non alienant. q. 77. cap. 5. num. 2. Rebuff. in compendio alienat. num. 103. & in d. l. bona fidei, versic. vigesimus quartus, Cened. collect. 71. num. 4. Gantier. conf. 1. num. 14. Pinel. in l. 2. part. 3. num. 4. & seg. C. de rescind. vendit. Menoch. remed. 15. reciper. n. 634. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 18. num. 2. in vtraque edit. Rota decis. 14. p. 1. diuers. & in vna Placentina bonorum 26. Iulij 1585. coram Blanchetto, & in Vixbonen. nullitatis 1. Iulij 1596. coram Card. Pamphilio sen. & in Neapolitana spolijs 21. Iulij 1607. coram Cardin. Lancelloto iun. & in Placentina decimarum 13. Maij 1630. coram reverendiss. P. D. Durand. quo casu etiam error iuris non excusat, eam ius resistat, Conar. lib. 1. var. cap. 3. mem. 8. Rota in d. Placentina, post Felin. Alexand. Grammat. & alios, Aloyf. Ricc. d. resol. 18. num. 2. nisi in facto erraretur, quia tunc error excusaret, puta si emptor cogitavit assensum Apost. interuenisse, qui tamen



# De Rebus Ecclesiæ alienandis, &c. Tit. XIII. 111

tamen non interuenit. Bero. hic n. 45. Raudens de analo-  
gis. lib. 2. cap. 27. n. 13. & 14. Costa cons. 17. n. 4. &  
tunc fructus non debentur nisi à die motæ litis. Felin.  
in d. cap. cum caus. 4. num. 27. vers. procederet. cons. 39. n. 7.  
Rota in d. Vlixbonen. nullitatis. & in d. Placentina deci-  
marum. vbi citatur Bero. in d. cap. si quis Presbytero-  
rum. n. 45. Curt. sent. d. cons. 71. n. 13. & alios cumulat  
Alof. Ricc. d. resol. 18. n. 3. An autem assensus Apost.  
operetur retentionem fructuum reuocata alienatione,  
vide Alof. Ric. in praxi rerum fori Ecclesiæ. decis. 64.  
alias resol. 61.

14 In gloss. Subscriptis. 2. ibi. casus. sed ibi ignorauit,  
&c. Notatur ad hoc. quòd quando subscribens non  
legit scripturam. cui se subscripsit. non censetur illam  
approbare. vt per Ia. in l. emptor. §. Lucius. num. 4. ff. de  
pactis. & in locum antiquitus. n. 12. C. de testam. Afflict.  
decis. 340. n. 14. Menoch. de præsump. lib. 3. q. 66. num. 2.  
& 21. Cened. d. collect. 71. n. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel.  
gloss. 66. n. 21. vbi n. 29. resoluit idem quando quis ra-  
tione officij sui subscriberet se scripturæ alterius. ve-  
lut si index se subscriberet. quando ex officio tene-  
tur. de quo etiam Menoch. d. q. 66. n. 17. & ideo quia  
subscribens se in folio albo non potest legere. nec  
intelligere quæ postea in illo scribentur. sibi non  
preiudicat. Mascard. concl. 1341. n. 17. Rot. in Romana  
laudi 3. Decembris 1599. coram Penia. & in Bononi-  
ensi laudi 23. Februarij 1615. coram Remboldo. nisi proba-  
tum fuerit. vel ex præsumptionibus deprehendi possit  
notitiam habuisse eorum. quæ deinde erant scriben-  
da. Petr. Caball. cons. 11. n. 2. 7. & 8. Gonzal. d. gloss. 60.  
n. 17. & seq. Seraphin. decis. 973. n. 1. Rot. in Bononi-  
en. de Beroaldis 24. Ianuarij 1624. coram R. P. D. Merlino.  
At si folium reperitur scriptum. & subscriptum alle-  
gans ignorantiam contentorum in eo. concludenter  
probare tenetur. Gregor. decis. 328. n. 1. Rot. in d. Bona-  
niensis de Beroaldis.

15 In gloss. Alienata. ibi. cum teneatur de euictione. &c.  
Notatur ad hoc. quòd alienans res Ecclesiæ de euic-  
tione de proprio tenetur. vt per Innoc. hic in princip.  
Imol. n. 19. & seq. Bald. n. 16. Host. in d. praxi. resoluit. 17.  
in vtraque edit. Rot. in Placentina euictionis 5. Maij  
1589. & 2. Aprilis 1590. coram Platto. & in Firmana  
bonorum 16. Ianuarij 1585. coram Litta. ampliante  
procedere contra alienantis hæredes. non solum ad  
pretium. sed etiam ad interesse. & damna. Adde quòd  
Prælati modernus potest agere contra hæredes præ-  
decessoris pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ. Rota in  
Pisana liquidationis fructuum 17. Octobris 1571. coram  
Orano. & in Romana Casalis 13. Aprilis 1593. coram  
Blanchetto.

## SUMMARIVM.

- 1 Emphyteusis bonorum Ecclesiæ concedi potest de re-  
bus incultis parum vtilibus. & n. 2.
- 2 Vtilitas Ecclesiæ debet considerari tempore contra-  
ctus alienationis factæ.
- 3 Ad hoc vt constet de euidenti vtilitate debet attendi  
tempus vltimæ alienationis.

## CAP. Ad aures. VII.

### Alexand. III.

1 Terra non fertilis potest dari in emphyteusim per-  
petuam sub annuo censu illis. qui eorum. vel  
parentum labore eam meliorarunt. nisi fortè tempore  
contractus possit dari aliis cum maiori vtilitate. Col-  
Barbof. Collect. Tom. I. I.

ligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Za-  
bar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bott. Host. Anch.  
Bald. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ. Viuian.  
in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 157. Alagona in  
compend. iuris Canon. pag. 424. remissimè Casal. in  
annor. & Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton.  
August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 11. cap. 7. & est  
post Concil. Lateranens. sub Alexand. III. part. 29.  
cap. 4.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt  
Petr. Rebuff. disp. 111. & 112. Capyc. decis. 105. Gam.  
Lusit. decis. 323. incip. Monasterium. n. 1. Cened. ad Sex-  
tum collect. 32. num. 4. Quarant. in summa Bullarj. verbo  
alienatio rerum Ecclesiæ. n. 41. Camill. Bottell. in summa  
omnium decis. tit. 33. n. 128. latè Cald. Pereira de nomi-  
nat. emphyt. q. 2. n. 55. cum seqq. vbi n. 56. resoluit posse  
Prælatum si velit. terras non fertiles Ecclesiæ in em-  
phyteusim perpetuam concedere. & num. 57. tenet  
quod res steriles pro hæredibus. & successoribus con-  
cessa ad extraneos transit. & num. 59. quòd perpetua  
concessio est obseruanda sine augmento personis. &  
num. 60. quòd concessio temporis rei sterilis finita  
debet conformari etiam in fauorem extraneorum.  
de quod idem Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 12.  
num. 2.

Nisi fortè tunc aliis. &c.] Ergo vtilitas Ecclesiæ de-  
bet considerari tempore contractus alienationis factæ.  
non autem quid postea contingat. siue in detri-  
mentum. siue in beneficium Ecclesiæ. ita Calder.  
cons. 5. de rerum perm. Bero. consil. 32. num. 10. lib. 1.  
Bald. cons. 334. in fin. lib. 1. Surd. cons. 249. num. 23.  
Seraphin. decis. 366. num. 3. Rot. decis. 18. part. 2. diuersi.  
& in Romana census vitalitij 22. Maij 1626. coram  
R. P. D. Merlino. Rebuff. in compendio alienat.  
num. 75. in fine. Surd. de alimentis. tit. 8. priuil. 56. n. 78.  
& tit. 9. quest. 11. num. 10. Marc. Anton. Genuens. in  
praxi Curie Archiepisc. Neapol. cap. 89. num. 3. Alof.  
Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiæ. resol. 1. vbi plures  
citatur Sacre Rotæ decisiones. vbi n. 2. limitat si tem-  
pus sit calamitosum. vt pestis. vel belli. quo res mi-  
noris valebat. & n. 4. limitat in contractu emphyteu-  
tico. in quo non tempus contractus. sed confectæ  
scripturæ attendi debet. vt fuit dictum in vna Pla-  
centina bonorum. 13. Iulij 1483. coram Card. Seraphi-  
no. quæ est decis. 607. in impressis. Quibus addo. quòd  
ad hoc vt constet de euidenti Ecclesiæ vtilitate. de-  
bet attendi tempus vltimæ alienationis. non autem  
tempus alienationis antiquæ. Casl. de Grassis decis. 2.  
num. 17. & decis. 4. per tot. sub hoc tit. Rot. decis. 583.  
p. 1. & sic de tempore quo perficitur contractus. Marc.  
Anton. Genuens. in præf. Archiepisc. Neapol. c. 89. n. 3.  
& ista vtilitas de tempore alienationis debet probari  
euidens. id est. clara & indubitata. Bald. cons. 156. circa  
med. vers. præterea. lib. 2. Corn. cons. 244. n. 3. lib. 2. Bar-  
bat. cons. 40. in princ. lib. 1. Rot. decis. 583. part. 1. &  
decis. 65. num. 19. & decis. 178. num. 8. part. 2. & pro-  
pterea non sufficit. quòd Ecclesiæ non fuerit damni-  
cata. sed requiritur lucrum de tempore alienationis.  
cap. sine exceptione 12. quest. 2. vbi Bellam. n. 1. Gemin.  
num. 2. versic. in hac questione. Imol. in cap. ad aures.  
num. 2. de rebus Ecclesiæ. non alien. Quæ quidem vtili-  
tas debet plenè probati. nec statui assertioni alie-  
nanti. Bart. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. Federic.  
de Senis consil. 143. circa fin. Alexand. consil. 69. num. 5.  
lib. 6. Rebuff. de alienat. rerum Ecclesiæ. num. 75. Roland.  
consil. 15. n. 19. lib. 1. Rot. decis. 181. num. 3. & decis. 473.  
numero 1. part. 1. ita vt non sufficiat quòd negotium  
vtiliter sit ceptum. sed requiratur Ecclesiæ fieri  
locupletior. l. si pupillo. in princip. ff. de negot.  
gestis. Archidiacon. in d. cap. sine exceptione. num. 5.  
K 2



## 112 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

*in gloss. sed nomine, vbi Gemin. col. 2. circa med. vers. in hac questione. Bellan. n. 6. in gl. nomine, Laurent. de Rodolph. n. 14. Henric. Boich. in cap. i. in fine, de iis, quae sunt à Prælat. latè Rot. in Bonon. de uoluntatis 15. Notembris 1621. coram R. D. meo Cocceio Decano, vbi etiam fuit dictum alienationem præsumi vtilem, itavt onus probandi alienationem læsivam, Ecclesiæ incumberet, quando alienatio fuit facta cum debitis solemnitatibus.*

### SUMMARIVM.

- 1 Iurans non alienare bona Ecclesiæ, non potest alienare ea quæ sunt de mensa, vel dubitatur an sint de mensa.
- 2 Bona, quæ dicuntur de mensa Ecclesiæ, ostenduntur.
- 3 Bona, quæ sunt de mensa, alienare non potest Prælati, nec in Emphyteusim perpetuam concedere.
- 4 Transactio, & compositio super decimis præteritis sine consensu superioris fieri potest.
- 5 Decimarum exemptio an possit emi, ostenditur.
- 6 Alienari possunt res Ecclesiæ ex causa maioris utilitatis.
- 7 Contractus si sint viles Ecclesiæ, etiam si fiant sine solemnitate, sunt validi.

### CAP. Vt super. VIII.

#### Cælest. III.

**E**piscopus qui iurat non alienare bona Ecclesiæ, non potest illa alienare, siue sint de mensa Episcopi, siue non. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Burr. Host. Anchar. Henric. Bald. Panorm. Barbat. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 158. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 424. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 10. c. 1.

*De mensa sit, &c.* De mensa Ecclesiæ dicuntur ea bona quæ perpetuò unita fuerant Ecclesiæ, atque ita quæ nunquam alteri ab Ecclesiâ post ad se questum dominium, concessa fuerunt, vel quæ ad eam reuerſa, vel ei incorporata sunt; ita Menoch. de arbitrar. casu 433. à n. 2. & conf. 70. n. 10. & 11. Quando autem dicantur bona Ecclesiæ mensæ incorporata, vide Curt. iun. de feudis, q. 5. Canalcan. decis. 76. p. 2. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitor, §. 5. n. 16.

*Vt non alienentur, &c.* Notatur ad hoc, quòd bona, quæ sunt de mensa, Prælati alienare non potest, Menoch. d. casu 433. n. 1. nec in Emphyteusim perpetuam concedere, idem Menoch. d. conf. 79. à prime.

*In gloss. Possessiones 1. ibi, sed pro futuris non videtur admittenda talis compositio.* Notatur ad hoc, quòd compositio, & transactio super decimis præteritis, & decursis sine consensu superioris fieri potest, vt per Rebuff. de decimis, q. 13. num. 2. §. 33. & de exception. n. 217. Fagundez præc. 5. lib. 3. c. 2. n. 7. Monet. de decimis, c. 5. n. 128. vbi rationem reddit, quia tunc non agitur de tollendo, aut remittendo aliquo iure Ecclesiæ, sed solum de commodo illius Parochi, ad quem illæ decimæ iam spectant.

*Aduertendum est cum Monet. d. c. 5. n. 130. text. in presenti, esse optimum ad probandum posse aliquid temporale, vt prædium, dari Ecclesiæ pro se eximendo ab onere decimarum, dummodo ad id superioris auctoritas cum Ecclesiæ utilitate accedat; contra quam resolutionem non obstat text. in cap. fin. de rerum permu. dum prohibere videtur ne detur aliquod temporale per viam permutationis pro decimis, quia in-*

telligendus est de iure decimandi, quòd spirituale est, non verò de exemptione à solutione decimarum, quòd & satis patet ex text. in presenti, dum non videtur nomine decimarum, sed decimationum, & aperte supponunt hic glossa, & Doctores; vel etiam exponi potest si id fiat sine auctoritate legitima superioris: vnde gloss. in d. cap. fin. & Hispan. in reg. decimarum, in fine not. 2. dum dicunt non posse laicum dando vnum prædium Ecclesiæ liberare aliam ab onere decimarum, intelligendi sunt, si id facere velit propria auctoritate, & sine causæ cognitione, & decreto superioris.

### §. Possessiones.

Episcopus qui iurat non alienare bona Ecclesiæ de consilio sanioris partis Capituli, potest alienare, vel commutare possessiones Ecclesiæ minus viles pro utilioribus. Colligunt Doctores principio text. citati.

*Pro aliis utilioribus, &c.* Notatur ad hoc quòd res Ecclesiæ ex causa maioris utilitatis alienari possunt, si quippe Ecclesiâ ipsa reciperet alteram rem meliorem, vt per Viuian. tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 1. n. 36. vers. nonò, pag. 150. Vnde contractus si sint viles Ecclesiæ, etiam si fiant sine solemnitate, sunt validi, vt per Anton. Gabr. commun. tom. 3. tit. de rebus Ecclesiæ non alienan. sub num. 17. Rodan. in tract. illius tit. q. 20. & q. 51. c. 7. Nanar. in comment. alienat. rerum Ecclesiæ, sub n. 17. Rebuff. in compendio alienat. n. 34. Mascard. de probat. concl. 75. Quarant. in summa bullar. verbo alienatio rerum Ecclesiæ, n. 34. vbi declarat quòd talis contractus erit nullus, vel validus, si Ecclesiâ, in cuius fauorem solemnitates sunt introductæ, hoc volet, eique placebit, aded quòd hæc nullitas non possit ab alio allegari, quàm ab ipsa Ecclesiâ, ita quòd ipsa volente stare contractui, non potest eius aduersarius dicere contractum nullum, dummodo Ecclesiâ post initum contractum illi stare volens parata, & sollicita sit adhiberi facere legitimas solemnitates, verèque, ac cum effectu eas adhiberi faciat, seu Papæ assensum super contractus validitate obtineat, ne conductor, seu concessionarius perpetuò stet in suspensio, & Ecclesiâ semper in tuto.

### SUMMARIVM.

- 1 Canonicus prædium Ecclesiæ locare non potest.
- 2 Locatio rerum Ecclesiæ infra quòd tempus sit permessa, ostenditur.
- 3 Conductores rerum Ecclesiæ an habeant actionem contra locatores ad repetendam pecuniam, si locatio sit nulla, ostenditur.

### CAP. Ad audientiam. IX.

**C**anonicus non possunt locare prædia Ecclesiastica in perpetuum, & si locant, sunt reuocanda, & locans refundere debet pretium locatori. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Burr. Host. Anchar. Henric. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 160. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 423. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 10. c. 2.

*In perpetuum locauerunt.* Ergo locatio infra decennium, non verò ultra, permilla est, vt per gloss. in Clem. 1. hoc rit. & citatos à Rebuff. in compendio alienat. n. 26. Sed hodie



# De Rebus Ecclesiæ alienandis, &c. Tit. XIII. 113

hodie per Extrauag. Ambrosio, hoc tit. non solum prohibetur locatio ad longum tempus, quod est decem annorum, Boër. decis. 23. sed etiam ad minus tempus ultra triennium, Quarant. in summa Bullarj, verbo alienatio rerum Ecclesiæ, n. 18. Rota in Senen. pradij 8. Otiobris 1584. coram Illustrissimo Cardin. Pamphilio sen. Vgolin. de potest. Episc. c. 14. §. 7. post. n. 5. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 113. num. 1. in 1. edit. alias resol. 98. in 2. edit. Camil. Borrel. in sum. omnium decis. tit. 16. de locatione bonorum Eccles. à princ. Scott. in selectas constit. theore. 117. Bonacin. var. tract. dist. 2. de alienat. bonor. Eccles. punct. 2. n. 24. latè ad plures viles questiones circa materiam dictæ Extrauag. ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 95. à n. 16. & præcipue ad illam controuersam questionem, an locatio bonorum Ecclesiasticorum ultra tres annos facta in totum vitietur, in qua Domini de Rota antiqui, & moderni talem locationem in totum vitari censuerunt, vt attestatur eadem Rota decis. 30. n. 3. apud Farin. p. 1. recent.

1 In gloss. Rescindendam, fin. ibi, sed nunquid habent actionem de iure tales conductores contra locatores ad recuperandam pecuniam? sic, si fuerint bonæ fidei. Vide Tiracq. de retractu lig. §. 12. gloss. 1. à n. 7. D. Barbos. in l. 1. p. 1. n. 37. ff. soluto matrim.

## S V M M A R I V M

- 1 Possessiones, quæ sunt de mensa, alienari non possunt, & Ecclesiæ consuetæ regi per Regulares, secularibus Clericis conferri non debent.
- 2 Alienare non potest Prælati ea, quæ sunt de mensa.
- 3 Clerici seculares ad Regularia beneficia sunt inhabiles.
- 4 Regulares an capaces sint beneficiorum secularium parochialium interueniente superioris licentia, ostenditur.

## C A P. Possessiones, X. Innoc. III.

1 Episcopus non potest alienare possessiones, quæ sunt de mensa Episcopali, vel Capituli, nec dare Clericis, vel laicis, Ecclesiis, in quibus monachi ministrare consueuerunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Anch. Henric. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 160. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 425. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 13. cap. 1.

2 Ad mensam, &c. Notatur ad hoc, quod ea, quæ sunt de mensa, Prælati alienare non potest, vt per Menoch. de arbit. casu 433. n. 1. Camil. Borrel. in sum. omnium decis. tit. 15. n. 36.

3 Aut Ecclesias, in quibus monachi, &c. Notatur ad hoc quod Clerici seculares ad regularia beneficia sunt inhabiles vt per Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. n. 158. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 28. Regularia enim beneficia secularibus, regularia regularibus sunt conferenda, Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 10. n. 3. Ego ipse de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg. 67. n. 170. Verum autem Religiosi sunt omnino incapaces beneficiorum secularium maxime in titulum? vide eundem Nicol. Garc. d. c. 10. n. 38.

4 In gloss. Monachi, ibi, & in ea institui regulares, si Episcopi diocesani consensu accedat. Aduerte pro huius glossæ intellectu Regulares capaces esse secularium

beneficiorum parochialium, dummodo prius obtineant superioris licentiam, Sanch. d. c. 29. n. 59. & n. 65. verius existimat hanc licentiam posse per se solum dare Prælatus immediatum. Conuentus, nisi aliud in religionis illius constitutionibus præscribitur, & n. 66. hoc intelligit si beneficium pleno iure sublit monasterio, si autem sic monasterio non sublit, desideratur præter Prælati consensum, auctoritas Episcopi. Et quod Canonico Regulari possit provide-ri de beneficio curato seculari cum dispensatione Episcopi, dicit in Rota decimam Flamin. de resignat. lib. 4. q. 5. in fine. Sed nullius beneficii simplicis secularis esse capacem regularem etiam dispensante Episcopo, tenent plures Doctores, quos refert, & sequitur Sanch. d. c. 29. n. 75 & 76.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia restituitur contra alienationem, per quam fuit enormiter lesa.
- 2 Doctores referuntur de intellectu huius text. ager-tes.
- 3 Ecclesia potest petere restitutionem in integrum, & consequenter rescissionem contractus coram iudice Ecclesiastico.
- 4 Ecclesia petens restitui debet probare se lesam, alioquin non est audienda.
- 5 Dictio, multi, verificatur etiam in duobus.
- 6 Pluralis locutio duorum numero contenta est.
- 7 Restitutio minoris ita est intelligenda, vt fructus sint ipsi minori reddendi.

## C A P. Ad nostram. XI.

Ecclesia quando in alienatione inuenitur enormiter lesa, restituenda ei sunt bona, & restituenti reddi debet pretium, & relinqui fructus percepti pro suo labore. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Anchar. Henric. Bald. Panorm. Barbat. Guido Papæ, Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 161. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 425. remissive Catal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 13. c. 2.

De intellectu huius text. latè Gou. lib. 1. var. c. 3. ex n. 3. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. c. 4. n. 14. cum multis seqq. vbi vnde intellectus assignat, Costa in Gallus, §. & quid si tantum, q. 2. à n. 71. Mench. vsufreq. c. 71. n. 6. Lar. in l. si quis à libris, §. sed verum, à n. 8. ff. de liberis agnosce. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 6. §. 1. n. 47. cum seqq. vbi sex præstat intellectus, Ioseph. Sesse Aragonia decis. 136. n. 26. Cald. Pereira in l. si curato-rem, verbo implorare, n. 13. Morl. in emporio iuris, p. 1. tit. 5. q. 1. n. 31. optime Castil. lib. 3. quotid. q. c. 23. n. 51. Cum ergo inter tot Doctores vix colligi possit, quis illorum veritatem assignarit intellectum, ideo totum discreti lectoris iudicio relinquendum duxi. Verum ne videar sicco pede discedere, verior mihi videtur intellectus ille, qui licet nemine citato ponat idem Morla de loco, n. 32. vers. quare, Hæctori tamen Roder. Lusitano tribuit Soar. in addit. ad Pinel. vbi supra, & latè prosequitur Mench. d. cap. 17. num. 91. quod text. in presenti, (siue in eo actum fuisset remedio nullitatis, siue restitutionis) specialiter procedat in contractu feudali, de quo agit, de cuius rescissione ob quam causam fiat, ideo fructus non restituntur, quia de ipsius natura est, vt tales fructus pertineant ad vassallum ratione laboris & seruitij, quod domi- no præstat, vel paratus est præstare, cap. 1. in fin. in quibus



quibus caus. feud. amit. quo pacto explicanda sunt verba huius text. ibi. *cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore*, &c. sicut alias in terminis c. 1. de feudis, dominus feudi fructus illius sibi à vassallo in pignus dati non tenetur in sortem principalem computare contra reg. cap. cum contra, de pignor. quia interrim vassallus à seruitutis cessat, vt eleganter explicat idem Morl. d. loco, n. 34. vbi etiam n. 36. alium nouum intellectum ad hunc text. desumptum ex reg. illius, iuncta decisione, l. quod si minor, §. 5. Scauola, ibi, negotiis finitis ad paratam pecuniam laboribus substitui veniat, repellendus est, ff. de minorib.

4 *Vt feudum prædictum faceremus*, &c. ] Ergo Ecclesia potest petere restitutionem in integrum, & consequenter rescissionem contractus coram iudice Ecclesiastico, vt per Conar. lib. 1. var. c. 4. n. 2. Rebuff. de except. n. 229. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo impetrandum, n. 17. & 30. Gutier. canon. lib. 1. c. 34. n. 10. D. Barbof. in l. hares absens, §. proinde, num. 33. ff. de iudic.

4 *Enorme dispendium incurrisse*. Ergo Ecclesia petens restitui debet probare se lafam, alioquin non est audienda, vt per Mascard. de probationibus, concl. 1273. num. 5.

5 In gloss. Per multos, ibi, fortè per duos. Notatur ad hoc, quod dictio, *multis*, verificatur etiam in duobus, vt per Mar. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 109. n. 37. Intrigl. Sicilia decis. 44. n. 18. quos refero in remiss. meis de dictationibus, & claus. dict. 174. alias dict. 204. n. 1.

6 In ead. gloss. ibi. *Quia pluralis locutio duorum numero contenta est*. Dixi ad reg. pluralis 40. de regulis iuris, lib. 6. & plures citantur Doctores in libello de principiis vtriusque iuris, lit. P. n. 21. alios refero ego ipse in tract. Axiom. iuris vsusfreq. axiom. 179. n. 1. & de dict. vsusfreq. dict. 265. n. 3.

7 In gloss. Sufficere. Notatur ad hoc, quod restitutio minoris ita intelligenda est, vt fructus sint ipsi minori reddendi, vt per Ioseph Sesse Aragonia decis. 136. n. 25. minor enim per restitutionem rem suam vna simul cum fructibus eiusdem recipere debet, l. patri 28. §. 1. vers. item ex diuerso, l. minor 40. §. 1. in fin. ff. de morib. l. si prædium. C. de præd. minor. Cou. lib. 1. var. c. 2. à princ. Sfort. de restit. in integr. q. 45. art. 2. n. 13.

## S V M M A R I V M.

- 1 Alienatio rei Ecclesiastica facta sine legitimo personarum Ecclesiasticarum assensu non tenet, licet approbetur per constitutionem laicorum.
- 2 Laici nullam statuendi potestatem in Clericos habent.
- 3 Statuta contra libertatem Ecclesiasticam qua dicantur, ostenduntur.
- 4 Statuta laicorum non possunt disponere super directo dominio feudi Ecclesiastici.

## CAP. Cum laicis. XII. &amp; vlt.

1 **A**lienatio rei Ecclesiastica sine legitimo consensu personarum Ecclesiasticarum non valet, quavis esset facta iuxta constitutionem laicorum, & præsumentes contra facientem sunt compellendi censuris Ecclesiasticis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Anchar. Butr. Bald. Henric. Panormit. Barbat. Guido Papæ, Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontificy, pag. 161. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 425. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. delimitur ex Consil. generali Lateran. sub Innocent. III. cap. 44. &

refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. unico.

Nulla sit attributa potestas. ] Notatur ad hoc, quod laici nullam statuendi potestatem in Clericos habent, vt per Rebuff. tom. 1. ad leges Gallie in proem. gloss. 1. n. 58. cum segg. & vide quæ tradit Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Clericorum à statutis secularium, §. 2. per totum.

Quod immunitatem Ecclesiastica libertatis, &c. ] Statuta ergo contra libertatem Ecclesiasticam dicuntur, quando directe seu indirecte sunt contra privilegia, aut prerogativas concessas Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, seu pie cause à Papa, vel à Principe seculari, Innoc. in cap. nouerit, n. 1. & 2. vbi Butr. n. 9. & Abb. n. 2. in fr. de sent. excom. Abb. conf. 63. in princ. p. 1. Barbat. conf. 31. n. 1. & 2. vol. 4. Cardin. Tusch. tom. 5. lit. L. concl. 342. num. 12. & plures apud Bellet. tit. de exempt. cleric. à statutis secularium, §. 1. n. 9.

Sed etiam de mortuariis, &c. ] Notatur ad hoc, quod statutum laicorum disponens de mortuariis est contra iurisdictionem Ecclesiæ, ac proinde non valet, vt per Roman. sing. 358. vers. Reuerendissimus dominus, Mart. de iurisd. p. 4. casu 54. à princ. vbi id intelligit n. 2. de impensis, quæ sunt in remedium, sine solatium animæ defuncti, non autem de iis, quæ sunt ad pompam vinorum.

Alienatione feudorum. ] Adverte statuta laicorum non posse disponere super directo dominio feudi Ecclesiastici, secus super dominio vtili, vt per Ruin. conf. 70. n. 11. vol. 5. Surd. conf. 338. n. 18. & seg. faciunt quæ Marta de iurisd. p. 4. casu 13. n. 3.



## De Precariis.

## TIT. XIV.

## S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Precarium materiam qui tractent, citantur.
- 3 Precarium in neutro, precaria in feminino, & precaria in numero plurali, dicimus.
- 4 Precarium est contractus, per quem aliquid vtendum conceditur, quandiu concedens patitur.
- 5 Precarium ad libitum differt à locatione, & commodato.
- 6 Precaria desiniri solet, vt sit contractus ad preces initus in perpetuum, vel ad tempus singulis quinquennis renouandus: vel melius, vt sit concessio rei ad tempus, vel in perpetuum fruende ad preces recipientis facta.
- 7 Precaria contractus solum in usu iuris Canon. reperitur, & tantum ab Ecclesiastica, & in rebus Ecclesiasticis celebratur.
- 8 Precaria in quo differat à precario ostenditur.
- 9 Precaria ab emphyteusi differt.
- 10 Precaria de quinquennio in quinquennium secundum auctoritatem, & antiquam consuetudinem renouari debent.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Guid. Papæ; Guillem. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 98. verso, Petrus de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martinus Mesnardus, in epitome Decretalium, fol. 109. verso, Dap. Venator. in analyfi methodica